

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam
post Pentecosten

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Sicut amor de Christo triumphat in cruce: ita Christus de amore, in anima
peccatrice cruci subjecta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44226

Habuimus se contulit, ubi trigesita vixit annos ab omni hominum consuetudine longè disuncta. Tu vero non dicam quid simile, sed quid non dissimile facis? Profitetur illa se peccatum: tu vix auderes coram nonnullis quedam pieratis opera prodere; ne te foris irrideant. Debet scilicet illa suis pretiosis vestibus: tu preciosiores quotidie pro humano more appeteres. Tamen scilicet illa Christo addicit: tu te totū mundo & mundanis affectibus. Inhæret illa Crucis & Crucifixio, quibusunque suis periculis: tu ne honoris leve damnum velles pro Christo pati. Secessit illa & mundo ut soli Christo vivisti nihil aliter ducis quam humanis abuci congregisibus, quam non videre & non videri! O te nimis execratum si non vides quantum ab illa distes!

III. P U N C T U M.

SIC ergo etiam manifeste patet quantum à vera & perfecta pénitentia deficiat.

Quid est enim ab ea deficere, nisi ab his observandis recedere, quae ad veram & perfectam pénitentiam requiruntur? Quenam portabunt illa nisi quae in pénitente Magdalena, tanquam in viva pénitentium forma sunt declarata? Vidisti vero quantum ab hac forma distares: quid est ergo quod non simul videas quantum à vera distes pénitentia? Vel si quis aperte dividet, quid animi sentis? Quid est sensus vece Christiani, ubi res agitur anti momenti & ponderis? Nunquid qui cadit, non resurget? Et qui aversus est, non revertetur? Quare ergo aversus est populus iste aversione contentiose? Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reverti. Ascendi & auscultavi; nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat pénitentiam super peccato suo dicens, quid feci? Omnes conversi sunt ad cursum suum, quasi equus

impetu vadens ad primum. **VVLNVS**, & livore & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque losa oleo. **DEDIT** ei Deus locum pénitentia, & ille abutitur eo in superbiā. Hoc est videlicet, hoc est quod: retardat, quia tarda Dominus, quia expectat, quia bonus est, quia misericordis, quia longanimis. Itane vero propterea differendum? **Andivitatis bonitatis Rom. 2. eius, & patientiae, & longanimitatis contemnitur. Ignoras quoniam benignitas Dei ad pénitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impénitentiam, thisaurizas tibi iram in die ira, & revelationis iusti iudicij Dei, qui radet in unicuique secundum operas eius.**

Apie vero etiam sanctus Gregorius sermonem de hac nostra pénitente concludens, rationem inde accepit & motivum non differenda, pénitentia, quod Deus idcirco expectet, ne differamus, idcirco bonitatem suam ostendit, ut ea **Hom. 33. in motu facilius inducamus ad redditum. Ecco, in Evangelio, quid, vocat, & quos inquinatus denuntiat. Hos etiam amicti querit, a quibus in desertum esse se queritur. Nemo ergo tanto misericordia tempus perdatur, nemo oblatar remedii divinae pietatis abducatur. Ecco superna benignitas auctoris nos revocat, & nobis reverentibus clementia sua finum aponit, unusquisque ergo penset quo debito constringitur, quando Deus illum expedit ne contemptus exasperetur. Et post allatum Jeremias locum, Attendi & aucultavi: videbam tantam pietatem suum, considerate apertum vobis misericordia gremium: quos male cogitantes perdit, bene recognitantes querit. Ad vos ergo, fratres charissimi, ad vos oculos mentis reducere, & pénitentem peccatricem mulierem in exemplum vobis imitatione ameferte. Et quae plura prosequitur, quae eadem tendunt ut animus a te nimis amata unde est peccatum, averteratur, quia in ea præcipue aversione consistit status animi pénitentis, ut alibi demonstratur.**

Possit hanc etiam formari veritas:

Magdalena, seu anima verè pénitens, verus est Christi triumphus.

Vel sic aptius.

Sic ueram de Christo triumphat in cruce: ita Christus de amore, in anima peccatrice, cruci subjecta.

RATIO EST, Quia idcirco amor de Christo triumphat in cruce, quia Christum quodammodo vincit, spoliat & ita sibi subiectum habet, ut, quidquid jubet Amor, hoc Christus in-

cruce faciat & patiatur. Sed in anima peccatrice verè pénitente & cruci subjecta, qualis est Magdalena, hoc ipsum Christus facit de amore mundo. Nempe illum in ea vincit anima, &

ita sibi subiectum tenet, ut, quidquid Christus velit, hoc anima verè pœnitens faciat & patiatur, aut non sit verè pœnitens Ergo sicut amor de Christo triumphat in cruce ita Christus de amore in anima peccatrice cruci subiecta. Unde & aliter posse concipi veritas:

Quem non perfectè pœnit, Christi triumpho invidet.

Ratio supponit quod per se est clarum, nempe invidere Christi triumpho nihil aliud esse quam impedit ne triumphet de nobis: quo supposito sic declarat veritatem; ille impedit ne de se Christus triumphet qui se non sinit perfectè Christo subiici, sed quem non perfectè pœnit, non sinit se perfectè Christo subiici. Ergo ille impedit ne de se Christus triumphet. Quod est maiorem Christi obscurare gloriam quam de te possit consequi, & quam ei deberes omnibus modis procurare.

Videri potest Divus Bernardus sermone sexagesimo quarto, in Cantica, unde hæc fundamentalis propositione est eruta: *Triumphat de Deo amor, nempe in Cruci, ubi semetipsum exinxerit, ut scias amoris fuisse quod plenitudo effusa est, quod altitudo ad aquata est, quod singularitas associata est.* Quod & fuisus demonstrare est facile, per analogiam ad triumphi seu ad triumphantis proprias qualitates; quo in sensu dixit Apostolus: *Deo gratias qui semper triumphat nos, in Christo JESU.* De quo & alibi, Expolians principatus & potestates traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso. Vide & supra in hac 3. parte, Feria 5. primæ Hebdomadæ, in Solemnitate sanctissimi Sacramenti, ubi hæc habetur veritas.

Quæ hodiernum Christi triumphum res una magis illustrare debuerat, hæc una magis obscurat.

IN FESTO SANCTI IACOBI APOSTOLI.

Die 25. Iulij.
lij.

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei, possumus. Matth. 20.

VERITAS PRACTICA

Sicut possumus, sic debemus.

Id est.

Qua ratione tenemus nos posse bibere calicem Domini; eadem tenemur bibere.

RATIO qua tenemus nos posse bibere calicem Domini, hac est inter alias, quod à Dominonobis assertur bibendum. Sed ipsa haec ratio persuaderet nos teneri ad sumendum & bibendum talum calicem. Ergo qua ratione tenemus nos posse bibere calicem Domini, eadem tenemur bibere. Quod brevius dici potest, Sicut possumus sic debemus. Sic debemus loqui & facere exemplo sancti Jacobi, quod hodie proponitur imitandum.

I. PUNCTUM.

HIC est unus è filiis Zebedæ dictus Jacobus major; frater germanus Joannis Evangelistæ, quorum mater accedens ad Dominum adorans, petiit, ut unus eorum ad dexteram ipsius aliquando regnania federet, & alter sinistram. Quibus respondens Dominus: *Nesciu, inquit, quid petatis; potestibibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei, possumus. At illus calicem quidem meum bibet, sedere autem ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.* Id est, non sic immeritis aut personis favore datut sicut putatis, sed oportet unumquemque illudante mereti secundum gratias ipsi à Deo datas. Secundum formam *jer. 3. de Trist. vi loquitur*, inquit S. Augustinus. *Divus verò 6. 12.* Hieronymus sic paulò fuisus: *Regnum Dei, non est tantum danti, sed etiam accipienti; quicunque se dignum prebuerit, accepit quod non persona sed vita paratum est.*

Sapienter autem monet sanctus Joannes Chrysostomus, non esse mirum si adeo imperfeci